



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 Vtrum eius dilectio habeat modum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Vtrum Deus in hac uita possit im-
mediate amari.

AD QVARTVM sic proceditur.

Videtur quod Deus in hac uita non possit immediate amari. Incognita enim amari non possunt, ut Aug. dicit 10. * de Trinit. sed Deum non cognoscimus immediate in hac uita, quia uidemus nunc per speculum in enigmate, ut dicitur 1. ad Cor. 13. ergo neque etiam eum immediate amamus. ¶ 2. Præ. Qui non potest quod minus est, non potest quod maius est: sed maius est amare Deum, quam cognoscere ipsum. Qui. n. adhæret Deo per amorem, unus spiritus cum illo est, ut dicitur 1. ad Cor. 6. sed homo non potest Deum cognoscere immediate, ergo multo minus amare.

¶ 3. Præ. Homo a Deo distinguitur per peccatum, secundum illud Ier. 17. Peccata uestra diuiserunt inter nos & Deum uestrum: sed peccatum magis est in uoluntate, quam in intellectu. ergo minus potest homo Deum diligere immediate, quam Deum immediate cognoscere.

SED CONTRA est, quod cognitio Dei, quia est mediata, dicitur ænigmatica, & euacuatur in patria, ut patet 1. ad Cor. 13. sed charitas uia non euacuatur, ut ibidem dicitur, ergo charitas uia immediate Deo adhæret.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, actus cognitiue uirtutis perficitur per hoc, quod cognitio est in cognoscente: actus autem appetitiue uirtutis perficitur per hoc, quod appetitus inclinatur ad rem ipsam. Et ideo oportet, quod motus appetitiue uirtutis sit in re secundum cognitionem ipsam, ut actus autem cognitiue uirtutis sit secundum modum cognoscantis. Est autem ipse ordo rerum talis secundum se, quod Deus est per se ipsum cognoscibilis, & diligibilis, utpote essentialiter existens ipsa ueritas, & bonitas, per quam alia & cognoscuntur, & amantur. Sed quo ad nos, quia nostra cognitio a sensu omnium habet, prius sunt cognoscibilia, que sunt sensui propinqua: & ulterius, terminus cognitionis est in eo, quod est maxime a sensu remotum. Secundum hoc ergo dicendum est, quod dilectio, que est appetitiue uirtutis actus, etiam in statu uia tendit in Deum primo, & ex ipso deriuatur ad alia: & secundum hoc charitas Dei immediate diligit: alia uero, Deo mediante. In cognitione uero est conuersio, quia scilicet per alia Deum cognoscimus, sicut causam per effectus, uel per modum eminentiæ, aut negationis, ut patet per Dion. in lib. de diu. nom.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamuis incognita non possint amari, tamen non oportet, quod sit idem ordo cognitionis, & dilectionis: nam dilectio est cognitionis terminus. Et ideo ubi definit cognitio, scilicet in ipsa re, que per aliam cognoscitur, ibi statim dilectio incipere potest.

AD SECUNDVM dicendum, quod quia dilectio Dei est maius aliquid, quam eius cognitio, maxime secundum statum uia: id præsupponit ipsam. Et quia cognitio non quiescit in rebus creatis, sed per eas in aliud tendit, in illo dilectio incipit: & per hoc ad alia deriuatur modum cuiusdam circulationis, dum cognitio a crea-

turis incipiens, tendit in Deum, & dilectio a Deo incipiens sicut ab ultimo fine, ad creaturas deriuatur.

AD TERTIVM dicendum, quod per charitatem tollitur auersio a Deo, quæ est per peccatum, non autem per solam cognitionem: & ideo charitas est, que diligendo, animam immediate Deo coniungit ipsi realis uinculo unionis.

Vtrum Deus possit totaliter amari.

AD QVINTVM sic proceditur.

Videtur, quod Deus non possit totaliter amari. Amor enim sequitur cognitionem: sed Deus non potest totaliter a nobis cognosci, quia hoc esset eum comprehendere, ergo non potest a nobis totaliter amari. ¶ 2. Præ. Amor est unio quædam, ut patet per Dion. 4. cap. * de diu. nom. sed cor hominis non potest totaliter Deo uniri: quia Deus est maior corde nostro, ut dicitur 1. Ioan. 3. ergo Deus non potest totaliter amari.

¶ 3. Præ. Deus seipsum totaliter amat. si ergo ab aliquo alio totaliter amatur, aliquis alius diligit Deum tantum quantum ipse se diligit: hoc autem est inconueniens, ergo Deus non potest totaliter diligi ab aliqua creatura.

SED CONTRA est, quod dicitur Deut. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo.

RESPON. Dicendum, quod cum dilectio intelligatur quasi medium inter amantem, & amatum, cum quaeritur, an Deus possit totaliter diligi, tripliciter potest intelligi. Vno modo, ut modus totalitatis referatur ad rem dilectam: & sic Deus est totaliter diligendus, quia totum quod ad Deum pertinet, homo diligere debet. Alio modo, potest intelligi ita, quod totalitas referatur ad diligentem: & sic etiam Deus totaliter diligi debet, quia ex toto posse suo homo debet diligere Deum, & quicquid habet, ad Dei amorem ordinare, secundum illud Deut. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Tertio modo potest intelligi secundum comparisonem diligentis ad rem dilectam, ut scilicet modus diligentis adæquet modum rei dilectæ: & hoc non potest esse. Cum enim unumquodque tantum diligibile sit, in quantum est bonum, Deus, cuius bonitas est infinita, est infinite diligibilis. Nulla autem creatura potest Deum infinite diligere, quia omnis uirtus creaturae siue naturalis, siue infusa, est finita: & per hoc patet responsio ad obiecta. Nam prima tres obiectiones procedunt secundum hunc tertium sensum: ultima autem ratio procedit in sensu secundo.

Vtrum diuina dilectionis sit aliquis modus habendus.

AD SEXTVM sic procedit.

Videtur, quod diuina dilectionis sit aliquis modus habendus. Ratio boni consistit in modo, specie, & ordine, ut patet per Aug. in lib. * de nat. boni. Sed dilectio Dei est optimi in hōe, sicut illud ad Colos. 3. Super omnia charitatem habete: ergo dilectio Dei debet modum habere.

Secunda Secunda S. Tho. m. 2.

Super quest. uigesima septima articulum quintum.

IN articulo aduerte, quod quæritur hæc communis est charitati uig. & charitati patriæ: quia est de amari ex charitate absolute. Et propterea non oportet dicere, quomodo ex parte diligentis Deus totaliter diligitur: quia est hic non fit, sufficit quod fiat in patria.

Ioan. 3. ergo Deus non potest totaliter amari.

¶ 3. Præ. Deus seipsum totaliter amat. si ergo ab aliquo alio totaliter amatur, aliquis alius diligit Deum tantum quantum ipse se diligit: hoc autem est inconueniens, ergo Deus non potest totaliter diligi ab aliqua creatura.

SED CONTRA est, quod dicitur Deut. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. **R**ESPON. Dicendum, quod cum dilectio intelligatur quasi medium inter amantem, & amatum, cum quaeritur, an Deus possit totaliter diligi, tripliciter potest intelligi. Vno modo, ut modus totalitatis referatur ad rem dilectam: & sic Deus est totaliter diligendus, quia totum quod ad Deum pertinet, homo diligere debet. Alio modo, potest intelligi ita, quod totalitas referatur ad diligentem: & sic etiam Deus totaliter diligi debet, quia ex toto posse suo homo debet diligere Deum, & quicquid habet, ad Dei amorem ordinare, secundum illud Deut. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Tertio modo potest intelligi secundum comparisonem diligentis ad rem dilectam, ut scilicet modus diligentis adæquet modum rei dilectæ: & hoc non potest esse. Cum enim unumquodque tantum diligibile sit, in quantum est bonum, Deus, cuius bonitas est infinita, est infinite diligibilis. Nulla autem creatura potest Deum infinite diligere, quia omnis uirtus creaturae siue naturalis, siue infusa, est finita: & per hoc patet responsio ad obiecta. Nam prima tres obiectiones procedunt secundum hunc tertium sensum: ultima autem ratio procedit in sensu secundo.

Super questionis uigesima septima articulum sextum.

IN articulo in corpore nota rationem, quare appetitus finis est infinitus, quia finis non habet rationem mensurati, sed mensura. In mensura autem non potest esse excessus, aut defectus, alioquin mensura esset alia mensura, & sic proce-

3. di. 27. q. 2. art. 3. h. vi. q. 2. art. 2. ad. 13. Cap. 3. & 4. habet, 10. 6. K 2 dere-

Cap. 8. pa- rum a prin- cipio, 10.1.

deretur in infinitum. Et patet sequela, quia excessus, uel defectus attenditur penes aliquam mensuram, quae exceditur, uel a qua aliquid deficit. Et hoc fundamentum bene notato in appetibilibus, & agibilibus: quoniam omnis mensura est finis, quae pepes finem sumitur omnium horum ratio, & pluries oportet hac propositione uti.

Li. 4. c. 3. circa medi. 10.3

In eodem sexto art. in responsione ad tertium circa illa uerba: Actus interior charitatis habet rationem finis, quia ultimum bonum hominis consistit in hoc, quod anima Deo inhaereat ad ueritatem, quod auctor comparat hic actum interiore charitatis ad actus exteriores imperatos, qui sunt ad finem, & respectu eorum dicit, quod actus interior est finis, & non comparat actum interiore charitatis ad actum non imperatum: sed naturalem in intellectu beati causa- to a Deo praesente sub claro lumine gloriae, tum quia talis actus cum sit obiectum amoris, habet magis rationem finis, quam ipse actus amandi, cui ex hoc ipso quod est actus uoluntatis, minus conuenit ratio finis: quia ratio finis est ratio obiecti uoluntatis: tum quia auctor loquitur de actu, quo anima inhaeret ultimo fini, scilicet Deo, ut patet in littera, ut distinguitur ab actibus, quibus non inhaeremus, sed accedimus ad Deum. Visio autem Dei in patria non excluditur ab actu uoluntatis, quo anima inhaeret Deo: sed includit ipsum, ut propriam ipsius causam. Et propterea attribuitur hic esse ultimum, actui uoluntatis: & propterea esse mensuram aliorum non ut excludit uisionem in patria, sed ut claudens illam in se: ita ut totalis adhesio ad Deum, cuius una pars actus uoluntatis ex una sumatur parte, ex parte finis, reliqua ex parte eius, quod est ad finem. Totum. n. illud, & fin-

In prin. lib.

In Arg. 1. huius art.

Lib. 2. c. 82. rom. 2.

Lib. 1. Polit. cap. 6. a medio, 10.5.

¶ 2 Præter Aug. dicit in li. 2. de moribus, ec. c. 10. Dic mihi, quæso te, quis sit diligendi modus. Veretur enim ne plus, minus uel quàm oportet, inflâmer desiderio, & amore domini mei. Frustra autem quereret modum, nisi esset aliquis diuinæ dilectionis modus, ergo est aliquis modus diuinæ dilectionis.

¶ 3 Præter. Sicut Aug. dicit 4. super Gene. ad litteram. Modus est, quæ unicuique propria mensura præstitit: sed mensura uoluntatis humane, sicut & actionis exterioris, est ratio, ergo sicut in exteriori effectu charitatis oportet habere modum a ratione præstitum, secundum illud Rom. 12. Rationabile obsequium uestrum: ita etiam interior dilectio Dei debet modum habere.

SED CONTRA est, quod Bernardus dicit in li. 2. de diligendo Deum, quod est diligendi Deum, Deus est modus, sine modo diligere.

RESPON. Dicendum, quod sicut patet ex inducta autoritate. August. modus importat quandam mensuram determinationem. Hac autem determinatio inuenitur & in mensura, & in mensurato, aliter tamen & aliter. In mensura inuenitur essentialiter, quia mensura secundum se ipsam est determinatiua, & modificatiua aliorum: in mensuratis autem inuenitur mensura secundum aliquid in quantum attingunt mensuram. Et ideo in mensura nihil potest accipi immo modificatum: sed res mensurata est immo modificata, nisi mensuram attingat suo deficiat, siue excedat. In omnibus autem appetibilibus, & agibilibus mensura est finis: quia eorum quæ appetimus, & agimus, oportet propriam rationem ex fine accipere, ut patet per Philof. 2. Phyl. Et ideo finis secundum se ipsum, habet modum: ea uero quæ sunt ad finem, habent modum ex eo, quod sunt fini proportionata. Et sic sicut Philof. dicit 1. 1. Politic. Appetitus finis in omnibus artibus est absque fine & termino: eorum autem quæ sunt ad finem, est aliquis terminus. Non enim medicus imponit aliquem terminum sanitati, sed facit eam perfectam quatumcumque potest, sed medicus imponit terminum. Non enim dat tantum de medicina, quantum potest, sed secundum proportionem ad sanitatem: quam quidem proportionem si medicina excederet, uel ab ea deficeret, esset immoderata. Finis autem omnium actionum humanarum, & affectionum, est dilectio Dei, per quam maxime attingimus ultimum finem, ut su-

pra dictum est. Et ideo in dilectione Dei non potest accipi modus, sicut in re mensurata, ut sit in ea accipere plus, & minus: sed sicut inuenitur modus in mensura, in qua non potest esse excessus, sed quod potest attingitur regula, tantum melius est: & ita quæto Deus plus diligitur, tanto est dilectio melior.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illud, quod est per se, potius est eo, quod est per aliud. Et ideo bonitas mensuræ, quæ per se habet modum, potius est, quàm bonitas mensurati, quæ habet modum per aliud. Et sic etiam charitas, quæ habet modum sicut mensura, præeminet aliis uirtutibus, quæ habent modum sicut mensurata.

AD II. dicendum, quod sicut Augustinus iungit, modus diligendi Deum est, ut diligatur, id est, ut diligatur quantum competet. Et hoc pertinet ad modum, qui competitur.

AD TERTIUM dicendum, quod obiectum subiacet iudicio rationis, & inuenitur in mensura: sed obiectum diuinæ dilectionis, Deus, excedit iudicium rationis, & ideò ratio ratione, sed rationem excedit. Nec interiori actu charitatis, & exteriori interiori actu charitatis habet rationem ultimum bonum hominis consistit in hoc, quod anima Deo inhaereat, secundum illud Psal. 118. Deo bonum est. Exteriores autem actus ad finem: & ideo sunt commensurandi charitatem, & secundum rationem.

ARTICVLVS VII.

Vtrum sit magis meritorium diligere inimicum, quàm amicum.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur quod magis meritorium sit diligere inimicum, quàm amicum. Dicit enim Mat. 5. Si diligitis eos qui uos diligunt, quæ mercedem habebitis: Diligere ergo amicum non meretur mercedem: sed diligere inimicum meretur mercedem, ut ibidem ostenditur, ergo magis est meritorium diligere inimicos, quàm amicos.

¶ 2 Præter. Tanto aliquid est magis meritorium, quanto ex maiori charitate procedit: sed diligere inimicum est perfectiorum filiorum Dei, ut Aug. dicit in Enchir. diligere autem amicum est etiam charitatis imperfectæ, ergo maioris meriti est diligere inimicum, quàm amicum.

¶ 3 Præter. Vbi est maior conatus ad bonum, ibi uel esse maior meriti: quia unusquisque propriam mercedem accipit secundum summam bonam, ut dicitur 1. Cor. 3. sed maior conatus indiget homo ad hoc, quod diligat inimicum, quàm ad hoc, quod diligat amicum, quia difficilius est, ergo uidetur quod diligere ini-